Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2499

Quelle:
Copyright:

Fol. 32. p. 2. Nova Compilatio Statutorum generalium apud *Aſſiſium* in Capitulo generali a. 1354. *Fol.* 58. p. 2. Ordo agendorum et dicendorum a ſacerdote in miſſa priuata et feriali iuxta conſuetudinem Eccleſiae Romanae. *Fol.* 61. Ordinationes generales de diuino Officio. *Fol.* 69. p. 2. Epiſtola F. *Bonaventurae* quondam Miniſtri Gen. Data *Pariſius* a. 1257. *Fol.* 71. Literae *Eugenii* IV. P. R. *Innata nobis devotio* &c. *Fol.* 73. *Clementis* IV. P. R. *Mare magnum* ſeu Bulla. *Virtute conſpicuos* &c. cum aliis. *Fol.* 85. p. 2. *Alexandri* IV. P. R. *Mare magnum* ſeu Bulla. *Non ſine multa* &c. cum aliis. *Fol.* 96. *Innocentii* IV. P. R. *Mare magnum* ſeu Bulla. *Quo vos in Chriſto ſinceriori* &c. cum aliis. *Fol.* 101. p. 2. *Gregorii* IV. P. R. *Mare magnum* ſeu Bulla. *Confeſſor domini glorioſus* &c. cum aliis. *Fol.* 104. p. 2. Literae *Urbani* IV. *Martini* IV. PP. R. R. et *Hugonis* Legati apoſtolici. *Fol.* 105. p. 2. *Nicolai* IV. P. R. Gratia, quae incipit: *Ad ſtatum*. *Fol.* 106. Copia Decreti Concilii *Conſtant.* dati FF. minoribus. *Ad perpetuam — innoteſcat quod anno a natiuitate domini M°. CCCC°. quintodecimo* &c. *Fol.* 109. Tria Reſcripta Bullarum *Eugenii* IV. nec non duae Copiae Brevium *Nicolai* V. *Fol.* 116. p. 2. Acta generalis Congregationis *Barcinone* celebratae. Annus non exprimitur. *Fol.* 132. Definitiones Congregationis generalis *Baſileae* celebratae 1454. Utrique praefuit F. *Theodoricus Aurigae*. *Fol.* 134. p. 2. Ordinationes Capitulorum vicarialium provincialium. *Fol.* 145. Regula Sororum S. *Clarae*. *Fol.* 155. *Johannis* ep. *Portuenſis* Epiſtola de forma viſitandi has Sorores. *Fol.* 159. p. 2. Literae *Arnaldi* et *Matthaei* Cardd. Diacc. *S. Mariae in Porticu* Protectorum hujus Ordinis a. 1297. *Fol.* 164. *Eugenii* IV. Bulla. *Ad ea quae felicem* &c. 1437. *Fol.* 166. Decreta plura Concilii Conſtant. pro eodem Ordine. *Fol.* 170. Regula fratrum et ſororum de poenitentia. *Fol.* 173. Declaratio hujus Regulae, ejus Ordinis Privilegia, Veſtium Benedictio, deque eo Decretum Concilii *Conſtant.* Plurima ex hactenus recenſitis aut Annalibus *Waddingi*, aut *Bullariis* inſerta leguntur. Folia *Codicis* non pauca vacant.

DCLVII.

754

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 70. 8. charactere minuto per duas columnas exaratus, et rubricis diſtinctus ita inſcribitur: *Incipit tractatus de origine et progreſſu noſtri ordinis ſcilicet fratrum heremitarum ſancti auguſtini et uero ac proprio titulo eiusdem. compilatus per fratrem heinricum de alemania ſacre theologie digniſſimum profeſſorem pro eruditione ſimplicium fratrum non habentium plenam experientiam ſeu notitiam de predictis. Henricus* iſte alias *de Vrimaria* ſeu *Frimaria* nobis ſaepius inter Aſcetas memoratus hic ut antiquiſſimus ſiſtitur Ordinis ſui Hiſtoriographus; init vero: